

Présages de la mort de Caligula

SUÉTONE, *Vies des douze Césars, Caligula, 57, 1-9*

Futurae caedis multa prodigia extiterunt¹. Olympiae simulacrum² Iouis, quod dissolui transferrique Romam placuerat, tantum cachinnus³ repente⁴ edidit⁵, ut machinis labefactis⁶ opifices⁷ diffugerint⁸; superuenitque⁹ ilico¹⁰ quidam Cassius nomine, iussum se somnio affirmans immolare taurum Ioui. Capitolium Capuae Id. Mart. de caelo tactum est, item Romae cella¹¹ Palatini atriensis¹². Nec defuerunt qui coniectarent¹³ altero ostento¹⁴ periculum a custodibus domino portendi¹⁵, altero caedem rursus insignem, qualis eodem die facta quondam fuisset. Consulenti quoque de genitura¹⁶ sua Sulla¹⁷ mathematicus¹⁸ certissimam necem appropinquare affirmavit. Monuerunt¹⁹ et fortunae Antiatinae²⁰ ut a Cassio caueret; qua causa ille Cassium Longinum²¹ Asiae tum proconsulem occidendum delegauerat, immemor Chaeream²² Cassium nominari. Pridie quam²³ periret, somniauit²⁴ consistere²⁵ se in caelo iuxta solium Iouis impulsusque ab eo dextri pedis pollice²⁶ et in terras praecipitatum. Prodigiorum loco habita sunt etiam, quae forte illo ipso die paulo prius acciderant. Sacrificans respersus est²⁷ phoenicopteri²⁸ sanguine.

¹ *exsisto, is, ere, exstiti* : se montrer, se révéler, se présenter

² *simulacrum, i, n.* : ici, la statue

³ *cachinnus, i, m.* : le rire, l'éclat de rire

⁴ *repente (adv.)* : soudainement

⁵ *edo, is, ere, edidi, editum* : produire

⁶ *labefacio, is, ere, feci, factum* : secouer, renverser

⁷ *opifex, icis, m.* : l'artisan

⁸ *diffugio, is, ere* : s'enfuir en tous sens, en désordre

⁹ *superuenio, is, ere, superueni, superuentum* : survenir

¹⁰ *ilico (adv.)* : aussitôt

¹¹ *cella, ae, f.* : la chapelle

¹² *atriensis, e* : de l'atrium

¹³ *coniecto, as, are, coniectaui, coniectatum* : conjecturer

¹⁴ *ostentum, i, n.* : le prodige

¹⁵ *portendo, is, ere, portendi, portentum* : présager, prédire

¹⁶ *genitura, ae, f.* : ici, l'horoscope

¹⁷ Nom d'homme.

¹⁸ *mathematicus, i, m.* : l'astrologue

¹⁹ *moneo, es, ere, monui, monitum* : prévenir, avertir

²⁰ *Antiantinus, a, um* : d'Antium

²¹ Cassius Longinus était alors proconsul en Asie.

²² Chérée est le chef de fil de la conjuration qui mène à l'assassinat de Caligula.

²³ *pridie* : la veille

²⁴ *somnio, as, are, somniaui, somnium* : rêver que (+ prop. infin.)

²⁵ *consisto, is, ere, constitui* : se placer, se poser

²⁶ *pollex, icis, m.* : le pouce

²⁷ *respergo, is, ere, respersi, persum* : éclabousser

²⁸ *phoenicopterus, i, m.* : le flamant (rose)